Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8166
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



istis meis non contenti, pœnas quasq; aliquas
expetitis: satis ego multas hactenq tum cor-
poris, tùm animi Jedi pœnas: corporis quidē,
eò quod mores societatis IESV mihi prorsq
infixi hærentes, pmultas ubiq; psecutiones
pepererint; animi uerò, quia horam mœrore
uacuam adeò habui nullam, ut dormiens etiam
uiduq; fuerim, Cum Casum hunc meū deplora-
rem, tanquàm intermortuus uocibq clamare:
Miseremini mei, miseremini mei, uos saltem
amici mei: quia manq Domini tetigit me.
Aut si condonatis pœnis, merita tantum postu-
latis aliqua: tunc recordamini, quòd fideliter
apud uos totum Philosophiæ curriculum docēdo
biennio absoluerim & breui eo tempore non
minq præstiterim, quam qui antehac istic
Philosophiæ Professores fuerint, toto triennio
præstiterant: quòdq neminē meorū discipulorū,
nec quenquam alium à fide Catholica aver-
terim, sed omnes in ea multis rationibq confir-
marim: quod denicq à uobis ita discesserim,
ut de meis libris, & scriptis ne chartulam
quidem mecum extulerim illam, atq; hoc loco